Salutem. Non putaram, Vadiane suavissime, futurum aliquid, ut expostulandi
tecum ulla obreperet occasio. tam enim omnes Amicitie [illegible] commendi erat. tanta
amoris fomentio intervenerat, ut clavam Aerumnosi Herculis manibus tollere
facilius quam amore conlabi nostrum et sensim evanescere, fide obstrinxisse. Dic
rogo et quot literis provocatus? quot lacessitus expostulationibus? quam crebris
nostre patrie rumoribus sollicitatus es, ita plane Harpocratem et silentiosi
sapientis precepto sectantem dixisse, ni Gaurimus noster reclamasset. Te musis
et severioribus subinde literis vacare. At poteris sesquiminutum studijs sub-
ducere: At tuum Amantissimum Adrianum vel Laconica epistola solari,
semianimem refocillare, vel quid rerum agat saltem, ut doceret in Taurino,
quid Nova Africa parturiat inquirere. Rarus celebratur dies, qui
tui simus memores, te tanquam presentem exosculemur, tecum loquimur, tecum potamus,
tua carmina cantamus, nostra item proferimus, sed singultanda verubus, ti
nunc patrie nostre fortunam secundam precamur, successus prioribus exoptamus,
tecum in communione vivimus. Non etiam Lucas Bytalmij tuas in horas
literas operitur. Causatur tempora longa, nec se sui putat. tam est
tue absentie impatiens, si quando subinde de te sermo interloquendum fit.
Ego ipse (dij sciunt) pertesus sum longam in patria vitam. Italiam versus
pedem moveram, et iam a patria longe aberam, quum mihi rei
insperate abstinere renovavit, deinde causas dehortantes a delitijs,
quibus animum apud te ac tui similes probe explesse, stat sententia
certa futura, si Numina lena sinent in semotis omnibus rebus eo ire.
Plavit dijs immortalibus me Joannis Pannonij complura ingenij monimenta
et suo marte nata et e greco versa in latinum sermonem invenire.
plutarchi de utilitatibus inimicitiarum libellum, item eiusdem de negotiositate alterum.
Homeri quosdam fabulas, elegeas elegantissimas, nec dum Vienne impressas,
plures epigrammatum libros duos, alij desyderantur, quibus sic mirabile
sensus est: ut nec lac lacti similius sit: De Marcellis quoque

panegyricum, poema adeo varium, adeo multiplex, adeo eruditum, ut ...
que quevis doctissimorum facile sit deprehendere, Rogo pro tua in
me perspecta benivolentia, mea in te observantia singulari, aliquid ad
me brevi scribito, de rebus. Valetudine, fortuna possum tuus
fortunis prosperis, meroribus utilis benarum: que nostre patrie sunt
ubi erit ad manum dum intelligam: Patronum meum dominum ...
jubeo salvere, cui me commenda. Albe Julie Idibus Augusti Anno
M D XVIII

Tuus Adrianus Ramsi
Canonicus alter ...

Eminentissimo Joachimo Vadiano Poete laureato,
Artium ac saluberrime medicine professori Vienne
Pannonie, domino observandissimo

Ex Ramsylvania